

17
(10)
Zweiter Brief

7

CASTRUM DOLORIS

Pix memoriæ

Omnium potentissimi ac sacrosancti Regum Regis,
Cæli atqve terrarum orbis

DOMINI

IESU CHRISTI

CRUCIFIXI

Consecratum

Hora I. pomeridiana diei parafeves 1706.

ACTU QVODAM VALEDICTORIO


IN

Scholæ Torgensis Auditorio

Posuit


M. GODFR. STEINBRECHERUS

Rector.



TORGÆ,

Literis JOH. ZACH. HEMPEL:



Uivis novarum rerum cupido in recenti hærebit me-
moriam, quod hoc mense moneta Romæ visa fuit, cujus alte-
ra facies præsentabat Caroli III. Hispaniæ regis effigiem,
una cum ense additaque epigraphe: *Pro lege, rege, grege*; In al-
tera parte legebantur hæc verba: *Justitia et pax a seculata sunt*. Mo-
netæ hujus auctor quid sibi voluerit, facilem facit conjecturam univer-
sæ propemodum Europæ facies funesta & bellorum incendii deformata.
Primus homo, diaboli hostis illius insensibilis insidii seductus quid tur-
pissimo suo à DEO lapsu movebat, nisi rebellionem, nisi gravissimam Dei
iram? quid ciebat, nisi orci flammam furiasque, quibus universum ge-
nus humanum ludibrio & prædæ factum fuisset, nisi pacis ille cœlestis prin-
ceps & justitiæ in Adamo perditæ restaurator, cum pro lege, rege & grege
in crucis suæ palæstra pugnaret, iram Patris cœlestis cruento suo merito le-
dasset, nisi cum æternis salutis nostræ hostibus luctum acerrimum iniisset,
iisque debellatis, pacem, quam merito JESU reconciliati cum DEO habe-
mus, terris restitisset, cujus in memoriam honoremque non monetam cu-
dendam, sed monumentum in animis nostris perennius ære ex æturi, ejus-
que cruenta, quam salutis nostræ recuperandæ ergo subit, mortis memo-
res, *Castrum Doloris* ponere uti jus, ita fas esse duximus. Equidem ingentem
pompa ac furorem, quem magni hodie reges principesque extruendis
monumentis impendunt, admiramur magis, quam illis paria facere cona-
mur. Unicum modo Doloris castrum, quod *Mausoleum* dicitur si litera-
rum monumentis adunbratum perpendimus: ad illius magnificentiam
calamus noster obstupescit, id quod eo magnificentius est, quo augustior
illius ex utroque auctor una cum materia, magnitudine ac fine est. Quod at-
tinet ad auctorem, eam fuisse Artemisiam, Caria, minoris Asiæ quæ regio
est, reginam (cujus ab avia fuit illa Artemisia, Hælicarnassi Regina, quæ in
Xerxis, cujus in auxilium venit, exercitu pugnaque Salamina primores
inter duces fortiter pugnando, acerrime ciebat bellum, quippe ut in viro
muliebre timorem, in muliere viri audaciam cerneret, ut ait *Justin. l. 2.*)
ista, inquam, regina uxor (& una soror) ut nonnullis videtur Regis Mau-
soli erat, cumque hic Caria 24. annos præfuisset & hinc Olymp. 106. e vita
migraret, Artemisia in dolores lacrymasque diffusa, huic suo marito quæna
(*teste Gellio l. 10. c. 8. Aric. 106.*) supra omnes amorum fabulas ultraque affe-
ctus humanæ fidem anavit, fidem memoriamque servatura, illius cre-
mati cineres odore & liqore mistos ebibat & sepulcrum summoq; summa
atque magnificentissimum, quod Mausoleum dictum & in 7. orbis miracula
nume-

númeratum est, Mausoleo suo extrui curavit, cujus de pretiosa materia, magnitudine & artificibus pariter ac sine Plinius l. 36. c. 5. ita scribit:

Opus hoc parit ab austro & septentrione sexagenis ternis pedes brevium à frontibus, toto circum pedes quadringentos undecim. Attolitur in altitudinem viginti quinque cubitis, cuius columnis triginta sex. Ab Oriente callatis Scopas, à Septentrione Bryaxis, à Meridie Timotheus, ab occasu Leocbares. Præterquam Peragoreus, reginus Artemisia quæ quartis memoria id extrui iusserat, obiit. Non tamem recesserunt, nisi absolutum jam, id gloria ipsorum, alicuique monumentum iudicantes, hodieque certant manu. Accessit & quatuor aris. Næque supra pieron pyramis altitudine inferiorum æquavit, viginti quatuor gradibus in meta cacumen se contrahens. In summo est quadrigæ marmorea, quam fecit Pythius. Hæc adjecta centum quadraginta pedum altitudine totum opus includit. His addit Gellius l. c. hæc: id monumentum Artemisia cum Diis manibus Mausolei dicaret, Agonas sacrificamina laudibus defuncti dicenda facit, ponitque præmia pecunie aliarumque rerum honorarum amplissima &c. ad quas laudes decertandas venisse dicuntur viri ingenii sui atque facultatæ excellentiæ palmam invicem prærepturi Theopompus, Theodectes, Naucrites & Hæcates, conf. Hierodot. l. 7. Vitruv. l. 2. Scidas, alii. Martialis Epigr. 1. 1;

*Aera nec vacuo pondentia Mausolea
Laudibus immodicus Cares in æstra ferant.*

Et Epigram. 10. l. 36.

*Marmora parva quidem, sed non cessura, viator,
Mausolei saxa Pyramidumque leges.*

Quid! quod memoria Mausolei tanto olim in æstimo erat, ut non solum quævis res sumtuosa in hoc adagium: *καρὸς τὰ καὶ* i. e. Carum monumentum, abierit, sed ipsa etiam pretiosiora Imperatorum & Regum monumenta, Mausolea nuncupata fuerint, siquidem hoc nomine frequenter insignitur Adriani Moles Romæ, ubi habitabat Prætorio Præfectus atque Odoacri Regis Pro-Rex thodiegue Pontificis sedes est, ut testatur Mater. & Sæson. in Vespasiano ita: *Cum inter prodigia cetera Mausoleum Caesarum dererpente patuisset &c. & Flor. l. 4. c. 11. Quod ubi desperans (Cleopatra) serparique se triumpho vidit, incantatione nuda custodiam, in Mausoleum se (sepulera regum sic vocant) recepit.*

At vero splendor huiusmodi monumenti quantum, quantum est, nil nisi hominis, in terram, unde est, vertendi fragilitatem prodit, quamobrem de eo Propert. 3. ita canit:

*Nec Mausolei dives fortuna sepulcri
Mortis ab æstima condicione vacat.*

Quod autem Martialis Epigr. 6. l. 3. dicit:

Jam vicina iubent nos vivere Mausolea:

Cura docent ipsos posse perire DEOS.

Illud Christianus Poeta rectius de Mausoleo JESU CHRISTI diceret, quippe qui verus DEUS, humana natura indutus, morte perisse visus, non sepulcra solum nostra in jucunda dormitoria vertit, sed etiam ipem vitæ æternæ potiundæ nobis confirmavit, ita ut *Strav. & p. 1. f. sepulcrum merito, non tam doloris, quam divina maiestati Castrum appellari queat. Quemadmodum enim apud Israëlitas Castra in tres divisa erant partes, quarum medium occupabat Tabernaculum, quod sicut divinæ præsentia locus erat, ita divina maiestatis castra dicebatur, quorsum illud Davidis Psalm. 46. v. 23. procul dubio respicit: in medio Israëlitarum habitat DEUS, quæ etiam propter Rabbi Maimonides in Bethhalbirah c. 7. sect. 11. docet, quod a porta Hierusalem usque ad montem, in quo templum, castra erant Israëlitis à porta montis usque ad portam curiz,*

curia, aliqvā Nicanoris portadicta, *Castra Levi*; reliquum vero tennisse
Castra divina Moysi: ita æternus Dei filius extra portam Solymæ, sepulcri
sui castra (perinde enim erit, si ve castra significant palatium principis, si ve
fativa militum ingressus, tertia die, virtute majestatis suæ, vincula sepulcri
rupit, & postquam ad tartara descendendo, victorem diaboli
mortisque se fuit, terris redux ac præfens factus tandem per modum
triumphi omnes caelos conscendendo, majesticum suum atqve omni-
præsentissimum imperium in terrarum orbem ut exerceret, à dextris Pa-
tris sui sedit, venturus aliquando universi humani generis iudex justissi-
mus. Quod si itaqve ethnica uxor Artemisia tanto tamqve ardenti insu-
sum Mausolum, principem non adeo laudabilem, utpote qui, teste Theo-
pompo, peccatiæ causa, nulla re abstinuit, amore flagravat, ut ipsius memor
non cineres tantum defuncti imbiberit, sed ipsi etiam monumentum ma-
gnificentiſſimum extruendum iusserit: quanto non amoris affectu profe-
quatur quævis pia anima Jesum, Sponsum suum dulcissimum, qui non pec-
catis lucrandæ, sed animæ nostræ redimendæ ergo, mortem tam acerbam
in crucis ara subit, quitor vulneribus percussus, sanguinem suum pretio-
sissimum pro universi terrarum orbis civibus effudit & denique sepulcro
se tradi passus, eoque egressus, futuræ nos nostræ resurrexerit participes
certosque fecit; ô mirandum, nec unquam auditum amorem! cujus
memoriam ut recolamus, JESU crucifixo *Castrium doloris* posituri, iustissimus
sequentes in Academiam abiturôs Discipulos, hanc materiam prosequi,
& quidem

I. SEBASTIAN MARGGRAFIVS, Grafenhainâ-Saxo.

De Passionis JESU causis dicet.

II. JOHANN. CHRISTOPH. FRITSCHIUS,

Belgrâ-Misu.

Repræsentabit Vulnera JESU Christi.

III. SIMON MUSCHIVS, Breittinâ-Saxo,

Sanguinem JESU effusum exoculabitur.

IV. CHRISTIANUS FRIDER. BARTSCHIVS,

Frauenhayn-Misn.

Mortem & sepulturam JESU delineabit & una cum supra laudatis com-
pilitonibus, Scholæ nostræ valedicturus, nobilissimis DN. DN. Ephoris ac Musi-
arum Patronis ac Præceptoribus gratias ac vota devota, quæ ipsis debentur, decernet.
Quandobrem denique, ad vos Academia Candidatos me verto, vosqve per vulnera
JESU crucifixi oro, rogo, obsecro & obtestor, ut cruentæ passionis quàm JESUS salu-
tis vestræ recuperandæ ergo subit, in Academia, ubi, sicut passim, malorum con-
suetudines obvia sunt, ab his vos segregetis, & sicuti ingenio satis felici & literarum pro-
fectu non penitendo devinitus instructi estis, ita curam omnem operamq; omnem
avetis, ut gloriæ Numinis divini & reipi. commodis promovendis cum fructu in-
servire possitis, DEO Bonisque omnibus nunquam non placituri.

Dab. Torgav. Pridie Cal. April. A. O. R.

M. DCCVI

() () ()

78 M 437



TA → OL


kein Rest.

nur 5A, Steu Verknüpfung bisher



1077





CASTRUM DOLORIS

Pix memorix

Omnium potentissimi ac sacrosancti Regum Regis,
terrarum orbis

MINI
CHRISTI

CIFIXI

confecratum
iana diei parasceves 1706,

QVODAM
ICTORIO

IN
genfis Auditorio

Posuit
EINBRECHERUS
Rector.

D R G Æ,
H. ZACH. HEMPL.

